

Les Bibliothèques Virtuelles Humanistes

Extrait de la convention établie avec les établissements partenaires :

- ces établissements autorisent la numérisation des ouvrages dont ils sont dépositaires (fonds d'Etat ou autres) sous réserve du respect des conditions de conservation et de manipulation des documents anciens ou fragiles. Ils en conservent la propriété et le copyright, et les images résultant de la numérisation seront dûment référencées.
- le travail effectué par les laboratoires étant considéré comme une « œuvre » (numérisation, traitement des images, description des ouvrages, constitution de la base de données, gestion technique et administrative du serveur), il relève aussi du droit de la propriété intellectuelle et toute utilisation ou reproduction est soumise à autorisation.
- toute utilisation commerciale restera soumise à autorisation particulière demandée par l'éditeur aux établissements détenteurs des droits (que ce soit pour un ouvrage édité sur papier ou une autre base de données).
- les bases de données sont déposées auprès des services juridiques compétents.

Copyright - © Bibliothèques Virtuelles Humanistes

E M B L E M A T A

D. A. A L C I A T I,
denovo ab ipso Autore
recognita, ac, quæ desiderabantur, imagini-
bus locupletata.

Accesserunt nova aliquot ab
Autore Emblemata suis quoq;
e iconibus insignita.



L V G D . A P V B M A T H I A M
B O N H O M M E . 1 5 5 1 .

C V M

P R I V I L E G I

P R I V I L E G E D U R O Y.



L ha pleu au Roy nostre Syre, de dōner priuilege & permission à Guillaume Rouille libraire, & à Macé Bonhomine Imprimeur demourās à Lyon, d'imprimer ou faire imprimer vn petit liure intitulé *Emblemata Alciati*, qu'ilz ont faict dresser & mettre en ordre per tiltres generaulx & lieux communs, pour plus facile intelligence d'iceluy, & adiouster figures nouuelles aux Emblemes que par cy devant n'auoyent esté faictes, n'inuētées. Ensemble plusieurs Emblemes nouuelles qu'ilz ont recouvertes du dict Autheur non plus misez en lumiere, digerées en leur ordre, & figurées. Parquoy sont faictes dessences de par ledict seigneur à tous libraires, & Imprimeurs, & autres sur certaines grans peines, de n'imprimer ou faire imprimer, vendre ou distribuer en son Royaume, pays, terres & seigneuries, desdicts *Emblemata Alciati*, de telle sorte, ou semblable inuention, ordōnance, correction, augmentation, ne contrefaire leurs figures nouuelles en quelque maniere et en quelque volume que ce soit, iusques au temps et terme de six ans prochains, comme plus à plain est cōtenu es lettres pastentes sur ce despeschées à Mascon, le ix. d'Aoust. M. D. xlviij. Signées, Le Chandelier: Et séellées du grand sœl en cyre laulne, sur simple queüe.

A D L E C T O R E M.



MBLEMATA ILLA
pulcherrima Andrea Alciati
Patricij Mediolanensis, Iuris-
fultorū eloquētissimi, & eloquen-
tiū iuris- fultissimi, que vir ille nūquā ab literis
seriatu, dum à seuerioribus legum studijs respi-
rat, & humanae literaturae Musis amēnioribus
recreatur, ludendo effudit à copiosissimis, iij. cava-
xolouibus, prout variū vel sensibū extēnis,
vel commentationibū internis sese offerebat ar-
gumentum. Ea nos sub generalibus præcipuarū
rerum capitibū in locos communes, tanquam in
certas classes digesseramus: à summis, ad ima
progredientes. Non eo sanè consilio, ut Autore
ipso in economia sui operis, aut diligētores, aut
coccinnores videri stuperemus: sed vt illius lusus,
in communes usus adduceremus, Eius operis du-
plici habitratione, voluptatis nimirū, & utilita-
tis. Priore quidē, vt speciosior quedā operis forma
extaret oculis legētiū, singula suo quoq; collocata
co considerantum. Composita namq; sparsis, &
ordinata confusis, ferè solent apparere pulchri-
orā. Altera autem, vt facilior, & promptior esset

quarentibus inventio. Etenim expeditius est,
diuersiores generis in suum quasque ordinem &
locum dispositas: quam in turbam, temerè conge-
stas inuestigare, si quando ijs opus habemus vien-
dum. Porro usus Emblematum, præter gratiam,
ac voluptatem ex iucunda nouitate; que tediū-
leuat, breuem sententia argutiam, que animum
pungit, numerosam verum suavitatem, que au-
res mulceret, tamen pietur am non inanem,
que oculos pascit, Eiā ille (inquam) usus est, ut
quoties rebus vacuis complementum, nudis orna-
mentum, muis sermonē,alogis rationem tribue-
re, ant certe affingere velit quispiam, is ex Em-
blematū libello, tamquam ex promptuario instru-
ctissimo habeat quod domesticis parietibus, vi-
treis senestrīs, aul. eis, peristromatis, tabulis, va-
sis signis, anulis sigillaribus, vestimentis, mensa,
sulcro, armis, gladio, supelle etili denique omni-
nusquam non, inscribere, & impingere posset: ad
hoc scilicet ut usquequa loquax, & aspectu
iucunda sit rerum ad usum communem spectan-
tium facies. Quare & ipse Alciatus, sua hec epi-
grammata appellatione conuenientissima inscri-
bi voluit Emblematā. Sunt em̄ Emblemata ver-
miculata opera ex tessellis infictijs apta & cōpo-
sta, interprete Budæo, qđ & ipsa vocabuli Grę-

ci origo ostendit. V erum quum hac omnia superiore editione præstissimus, ecce aliquot nova Emblematum ad nos mittuntur, ab Autore ipso superioribus addita. Hæc in suū & propriū quaq; ordinē veluti superiora redeginus: quibus etiā, & alijs nonnullis prioribus, in quibus imagines desiderabantur, figuræ appinximus, quoad fieri potuit, aptissim. Superiora etiam Emblematum partim immutauit Author ipse, partim emendatior a, & melius cōformata reddidit. Quæ omnia postrema hac nostra editione in opus unum, quod quantò locupletius, tanio sit perfectius, exhibemus. Quisquis igitur & sententia breuis acuminet, & festina imagine res suas decorare vollet: ex hoc libello abunde habiturus est, vnde fibi defumat quod ad rem quamlibet accommodari posse videatur, idq; prōptissimè, & facilimè, ad appetitum nimirum suo commento ad summa rerum genera, & singulas generum formas suo quasq; ordine dispositas, iuxta rerum naturale seriem, & usum communem. Quarum etiam index tabula subiecta est operi vniuerso, à multis, & manus, quib; vitiatum erat mendis expurgato, & planè restituto n̄t rō ἀντόγραφος.

CLARISS. VIRI
ANDR. ALCIATI IN

Librum primum Emble-
matū præfatio, ad Chon-
radum Peutingerum
Augustanum.

Dum pueros iuglans, iuuenes dum tessera fallit,
Detinet & segnes chartula picta viros:
Hac nos festiuus Emblema eudimus horis,
Artificum illustri signaq; facta manu:
Vestibus ut torulos, petasis ut figere parmas,
Et valeat tacitis scribere quisque notis.
At ubi supremus preciosa uomis m. ita Cæsar,
Et veterum eximias donet habere iuany.
Ipse dabo vati chartacea munera vates,
Quæ (Cbonrade) mei pignus amoris habe.



EMBLEM. DEDIC.



EMBLEM. DEDIC.

Ad illust. Maximil. ducē Mediol. Su-
per insigni Ducatus Mediolan.



*Exiliens infans sinuosi è fœcibus anguis,
Est gentilij s nobile stemma tuis.
Talia Pellæum gesisse nomismata regem,
Vidimus, hisq; suum concelebrasse genus.
Dū se Ammone satū, matrē anguis imagine lusā,
Diuini & sobolem seminis esse docet.
Ore exit, tradunt sic quosdam enier angues,
Anquia sic Pallas de capite orta Iouis?*





Mediolanum.



Lituricis veruex, Heduis dat Sucula signum.

*His populis patriæ debita origo meæ est,
Quam Mediolanum sacram dixere puell.e*

*Terram;nam vetus hoc Gallica lingua.i sonat.
Culta Minerua fuit, nunc est, ubi numine Tecla*

Mutatomatr is virginis ante dominat.

*Langer huic signuu fūs est, animalq, biforme,
Acribus hinc setis, lanitio inde leui.*



Nunquam procasti-
nandum.



ALCIATÆ genis insignia sustinet Alce,
Vngibus & und' ep' fert cæcæmōeū. Constat Alexandrum sic respondisse roganti,
Qu' tot obiuisset tempore gesta breui?
Nunquam (inquit) differre volens. quod & indi-
cat Alce
Fortior hac dubiter, ocyor ànne siet.



DEVS, SIVE RELIGIO.

In Deolætandum.

ΓΑΝΥΞΘΑΙΜΗΔΕΣΙ,



GANYMEDES.

*A spice ut eoregius puerum Iouis alite pictor
 Fecerit Iliacum summa per astra vebi.
 Quis ne Iouem talium puerili credat amore?
 Dic, hæc Mæonius fixerit unde senex?
 Consilium, mens atque Dei cui gaudia præstanst:
 Creditur is summo raptus adesse Ioui.*

Sapiētia humana, stultitia est apud Deū.



Quid dicam? quonā hoc cōpellē nomine monstrum.
Biforme: quod non est homo, nec est draco?
Sed sine vir pedibus, summis sine partibus anguis,
Vir angipes dici, & homiceps anguis potest.
Angue pedit homo, hominē crūctauit & anguis,
Nec finis hominis est, initium nec est feræ.
Sic olim Cecrops doctis regnauit Athenis,
Sic & gigantes terra mater protulit.
Hac vñfrum est species, sed religione carentem,
Terrena tantum quiq; curet, indicat.



Ficta religio.



*Regali residens meretrix pulcherrima sella,
 Purpureo insignem gestat honore peplum.
 Omnibus & latices pleno è craterè propinat.
 At circum cubitans ebria turba iacet.
 Sic Babylona notant:qua gentes illice forma,
 Et ficta stolidas religione capit.*

Non tibi, sed religioni.



*Iсидis effigiem tardus gestabat asellus,
Pando verenda dorso habens mysteria.
Obcius ergo Deam quisquis reuerenter adorat,
Piasq; genibus concipit flexis preces.
Ast asinus tantum præstari credit honorem
Sibi, & intumescit adinodum superbiens:
Donec eum flagris compescens dixit agas,
Non es Deus tu (aselle) sed Deum vehis.*

Quà Dij vocant eundum.



*In trinio mons est lapidum: supereminet illi
Trunca Dei effigies, peccatore facta tenus.
Mercurij est igitur tumulus. Suspende viator
Serta Deo: rectum qui tibi monstrat iter.
Omnes in trinio sumus, atque hoc tramite vita
Fallimur, ostendat ni Deus ipse viam.*

V I R T U T E S .

F I D E S .

Fidei symbolum.



Stet depictus Honos Tyrio velatus amictu,

Eiusq; iungat nuda dextram Veritas.

Sitq; Amor in medio castus:cui tempora circum

Rosa it, Diones pulchrior Cupidine.

Constituunt hac signa fidem, reverentia honoris

Quam fouet, alit Amor, parturitq; Veritas.

Foedera.



Hac cithara, à lenbi que forma halieutica ferrur,
 Vendicat & propriam Musa Latina sibi,
 Accipe Dux: placeat nostrū hoc tibi tēpore munus,
 Quo noua cum socijs foedera inire paras.
 Difficile est, nisi docto homini, tot tēdere chordas,
 Vnaq; si fuerit non bene tenta fides,
 Ruptāue (quod facile est) perit omnis gratia cōcha,
 Illeq; præcellens cantus, ineptus erit.
 Sic Itali cōcunt proceres in foedera, concors
 Nil est qued timeas, si tibi constet amor.
 At si aliquis desciscat (vti plerumque videmus)
 In nihilum illa omnis soluitur harmonia.

In silentium.



Cum taceat: haud quicquā differt sapientibus amēs.


Stultitia est index linguaq;, voxq; sua.

Ergo premat labias: dīgitoq; silentia signet:

Et sese Pharium vertat in Harpocratem.



Non vulganda consilia.



*Limine quod cæco, obscura & caligine monstrum
Gnosiæcis clausi Dædalus in latèbris:
Depictum Romana Phalanx in prælia gestat,
Semiuiroq; nitent signa superba boue.
Nosq; monent, debere ducum secretæ latèrè
Consilia. autori cognita techna nocet.*

Nec quæstioni quidem
cedendum.



Cecropia effectam quam cernis in arce Leænam,
Hermodij (an nescis hospes?) amica fuit.
Sic animum placuit monst're viraginis acrem
More fer'e, nomen vel quia tale tulit.
Quòd fidibus contorta suo non prodidit ullum
Indicio, elinguem reddidit Iphicrates.


PRUDENTIA.

Conſilio, & virtute Chimæran
ſuperari, id eſt, fortiores
& deceptores.



Bellerophon (ut fortis eques) ſuperare Chimæran,
Et Licij potuit sternere monſtra ſoli.
Sic tu Pegaseis vectus peris æthera pennis:
Conſilioq; animi monſtra ſuperba domas.

Vigilantia, & custodia.



Instantis quod signa canens det gallus eō;
Et reuocet famulas ad noua pensa manus;
Turribus in sacris effingitur, ærea mentem
Ad superos peluis! quod reuocet vigilem,
Est leo. sed custos oculis quia dormit apertis:
Templorum idcirco ponitur ante fores.

Νῦν οὐ μέμνος ἀπιστεῖμ. ἀδέα ταῦτα τῷ
φρενῷ. Sobriè viuendum: & non
temerè credendum,



Nec redas ne (Epicharmus ait) non sobrius es tu,
Hi nervi, humanae membraq; mentis erunt:
Ecce oculata manus credens id quod videt. Ecce
Pulegium, antiquæ sobrietatis olus,
Quo turbam ostensio sedauerit Heraclitus,
Mulxerit & tumida seditione grauem.

Πη ωρέθην; Τι ἡ εργά; Τι μοι δέον, δύν
ἐπελέσθη? Quid excessi? quid
admisisti? quid omisi?



Italicus Samius seccire celeberrimus autor
Ipse suum clausit carmine dogma breui.
Quo pretergressus? quid agis? qd omittis agendum?
Hanc rationem vrgens reddere quenq[ue] sibi.
Quod didicisse gruu[m] volitantū ex agmine fertur,
Arreptum gestant quæ pedibus lapidem,
Necessent, ne transuersas mala flamina raptet.
Quaratione hominum vita regenda fuit.

Prudentes. Problema.



Iane bifrons, qui iam transacta, futuraq; calles,
 Quiq; retro sannas (sic ut & antè) vides,
 Tot te cur oculis, tot fingunt vulibus? an quòd
 Circumspectum hominem forma fuisse docet?

Prudens, magis quam
loquax.



Noctua Cecropi*s* insignia præstat Athenis,
· Inter aves sani Noctua consili*j*.
Armifer& meritò obsequi*s* sacrata Mineru*a* est,
· Garrula quo cornix cesserat an*te* loco.

Maturandum.



Maturare iubent properè, & cunctarier omnes.
Ne nimium præceps, neu mora longa nimis.
Hoc tibi declareret connexum echeneide telum,
Hæc tarda est, volitant spicula missa manu.

In deprehensum.




Iandudum quacunq; fugis te persequor: at nunc
Casibus in nostris denique captus ades.
Amplius hanc poteris vires eludere nostras.
Ficulno anguillam strinximus in folio.

Custodiendas virgines.



*Vera hæc effigies innuptæ est Palladis eius
 Hic Draco, qui domiuæ conflitit ante pedes.
 Cur diuæ comes hoc animal? custodia rerum
 Huic data, sic lucos, sacrâq; templa colit.
 Innuptas opus est cura asseruare pueras
 Peruigili, laqueos vndique rendit amor.*

Vino prudentiam augeri.



*Hac Bacchus pater, & Pallas communiter ambo
Templa tenent, soboles vtraque vera Iouis:
Hac caput, ille femur soluit: huic vsus olin
Debitus: inuenit primus at ille merum.
Iunguntur merito, quod si qui abstemius odit
Vina: Dea nullum sentiet auxilium.*

Prudentes vino abstinent.



*Quid me vexatis rami? sum Palladis arbor:
Auferte hinc botros. virgo fugit Bromium.*



In statuam Bacchi.

DIALOGIS MVS.



Bacche pater: quis te mortali lumine nouit?
 Et docta effinxit quis tua membra manu?
 Praxiteles, qui me rapientem Cnoscida uidit.
 Atque illo pinxit tempore qualis eram.
 Cur iuensis, teneraque etiam lanugine vernal
 Barba, queas Pylium cum superare senem?

Muneribus quandoque meis si parcere disces
 Iunior, & forti pectori semper eris.
 Tympana nō manibus, capiti non cornua defunt.
 Quos(nisi dementeis) talia signa decent?
 Hoc doceo, nostro quod abusus munere sumit
 Cornua: & infanus molli a fistra quatit.
 Quid vult ille color membris penē igneus? (omen
 Absit) an humanis vriteris ipse sociis?
 Cūm Semelē de vētre parens me fulmine traxit
 Igniuomo: infectum pulicere merfit aquis.
 Hinc sapit hic, liquidis qui nos bene diluit vndis:
 Qui non ardenti torret abigne iecur.
 Sed nunc me doceas quā vis miscerier? & qua
 Te sanus tutum prendere lege queat?
 Quadrātem addat aquæ, c alicē sumpsiſſe falerni
 Qui cupit. hoc sumi pocula more inuat.
 Stes intrā heminas: nam qui procedere tendit
 Ulrà: alacer, sed mox ebrius inde furit.
 Res dura hæc nimium sunt pēdula guttura, dulci
 Tu fluis. Heu facile commoda nulla cadunt.



Gramen.



Gramineam Fabio patres tribuere corollam,
 Fregerat ut Pœnos Hannibalemq; mora.
 Occulit inflexo nidum sibi gramine alauda,
 Vulgo aiunt, pullos sic fouet illa suos.
 Saturno Martiq; sacrum, quo Glaucus adeso
 Polybides, factus creditur esse Deus.
 His meritò arguitur nodis tutela, salusq;
 Herbaq; tot viret hæc digitalis habet.

IVSTITIA.

Nec verbo, nec facto quen-
quam lædendum.



*Assequitur, Nemesisq; virum vestigia seruat,
Contineat & cubitum, duraque frana manu.
Nè male qd facias: n'cne improba verba loquaris:
Et iubet in cunctis rebus adesse modum.*

Tandem, tandem Iustitia
obtinet.



*Aeacidae Hectoreo perfusum sanguine scutum:
Quod Græcorum Ithaco concio iniqua dedit:*

Iustior arripuit Neptunus in aquora iactum

*Naufragio, ut dominum posset adire suum.
Littoreo Aiacis tumulo namque intulit vnda,*

Quæ boat, & tali uoce sepulchra ferit.

Vicisti Thelamoniade, tu dignior armis.

Affectus fas est cedere iustitia.

Etiam ferocissimos domari.



Romanum postquam eloquiu*m*, Cicerone perempto,
 Perdiderat patria pessis acerba su*a*:
 Incendit currus vicit, junxitq*ue* leones,
 Compulit & durum colla subire iugum;
 Magnanimos cessisse suis Antonius armis,
 Ambage hac cupiens significare duces.



Gratiam referendam.



*Aërio in signis pietate Ciconia nido,
 Inuenies pullos pignora gratia souet.
 Taliaq; expectat sibi munera mutua reddi,
 Auxilio hoc quoties mater egebit annus,
 Nec pia spem foboles fallit, sed fessa parentum
 Corpora fert humeris, praefat ore cibos.*

Abstinentia.



Marmorea in tumulis una stat parte columnæ.
Vrceus, ex alia cernere maliutum est.
Ius hæc forma monet dictum sine foribus esse,
Defunctum puras uque habuisse manus.

Bonis à diuitibus,nihil
timendum.



*Iunctis contiguo Marius mihi pariete, nec non
Subbardus, nostri nomin a nota fori,
Aedificant bene nummati, sat aguniq; vel vltro
Obstruere heu nostris yndiq; luminibus.
Me miserū, gemine quem tanquam Phineas raptat
Harpiae, ut proprijs sedibus ejciant.
Integritas nostra, atq; animus quæfiror honesti,
His nisi sint Zetes, his nisi sint Calais.*






FORTITVDO.

Signa fortium.

DIALOGIS MVS.



Quæ te causa mouet volucris Saturnia, magni
Vi tumulo insideas ardua Aristomenis?
Hoc moneo: Quātū inter aues ego robore præsto,
Tantū Semideos inter Aristomenes.
Insidiant timidæ timidorum busta columbae,
Nos aquilæ intrepidis signa benigna damus.



Avèxø nglacwèxø.



Et toleranda homini tristis fortuna ferendo est,
 Et nimium felix sape timenda fuit.
 Sustine (Epictetus dicebat) & abstine. oportet
 Multa pati, illicius absq; tenere manus.
 Sic ducis imperium vincetus fert poplite taurus
 In dextro: sic se continet à gratidis.

In adulari nescientem.



Scire cupis dominos toties cur. Thessalis ora
 Mutet, & ut varios querat habere duces:
 Nescit adulari, cuiquamque obtrudere palpum,
 Regia quem morem principis omnis habet.
 Sed veluti ingenius sonipes, dorso excutit omnem,
 Qui moderari ipsum nesciat Hippocomon.
 Nec scire tamen domino fas. ultio sola est,
 Dura ferum ut iubeat ferre lupata magis.

Obdurandum aduersus
vrgentia.



Nititur in pondus palma, & consurgit in arcum,
Quò magis & premitnr, hoc mage tollit onus:
Fert & odoratas bellaria dulcia glandes,
Quæs mensas inter primus habetur bonos.
I puer, & reptans ramis has collige, mentis
Qui constantis erit, præmia digna feret.


Onnia mea mecum porto.



*Hunnus inops Scythiciq; miserrimus accola ponti,
 Vstus perpetuo liuida membra gelu.
 Qui Cereris non nouit opes, nec dona Iyai,
 Et pretiosa tamen stragula semper habet:
 Nam murinæ illum perstringunt vndiq; pelles.
 Lumina sola patent, cætera opertus agit.
 Sic fure haud metuit, sic v̄tos temnit & himbres,
 Tutus apudq; viros, tutus apudq; deos.*

CONCORDIA.

Concordiae Symbolum.



Cornicium mira inter se concordia ritæ est,
Nutua statq; illis intemerata fides.
Hinc volucres hæc scepira gerunt: q; scilicet omnes
Consensu populi stantq; caduntq; duces:
Quem si de medio tollas, discordia præceps
Aduolat, & secum regia sata trahit.

Concordia.



*In bellum ciuile dices cùm Roma pararet,
 Viribus & caderet Martia terra suis:
 Mos fuit in partes turmis coëunitibus easdem,
 Coniunctas dextræ mutua dona dari.
 Fœderis hæc species id habet Concordia signum,
 Ut quos iungit amor, iungat & ipsa manus.*

Concordia insupe-
rabilis.



Tergeminos inter fuerat concordia fratret.
Tanta simul pietas mutna, & unus amor:
Inuicti humanis ut viribus ampla tenerent
Regna, uno dicti nomine Geryonis.

Vnum nihil, duos pluri-
mum posse.



Laerit a genituin, genitum quoque Tydeos vna,
Hac cera expresit Zenalis aptam manus.
Viribus hic præstat, hic pollet acumine mentis,
Nec tamen alterius non eget alter ope.
Cum duo coniuncti veniunt, victoria certa est.
Solum mens hominem, dextrae destituit.

Firmissima conuelli
non posse.




*Oceanus quamuis fluctus pater excitet omnes:
Danubiumq; omnem barbare Turcabitas.
Non tamen irrumpes per fracto limite: Caesar
Dum Charlus populis bellica signa dabit.
Sic sacra quercus firmis radicibus astant,
Sic calicei venti concutiant folia.*



S P E S.

Spes proxima.



Innumeris agitur res pub. uostra procellis,
 Et spes venture sola salutis adest:
 Non secus ac nauis medio circum aquore, venti
 . Quam rapiunt: falsis iamq. fatiscit aquis.
 Quod si Helenę adueniat lucetia sydera fratres:
 Amisos animos spes bona restituit.


In simulachrum Spei.

DIALOGISMVS.



*Quæ Dea tam lato suspectans sydera vultus?
 Cuius peniculis redditia in agro fuit?
 Elpidij fecere manus. Ego nominor illa,
 Quæ miseris prōptā Spes bona præstat opem.
 Cur viridis tibi palla? Quid omnia me duce vernet.
 Quid manibus mortis tela refracta geris?*

Quod vinos sperare decet, præcido sepultis.
 Cur in doliali regmine pigræ sedes?
 Sola domi mansi volit antibus vndique noxis,
 A seræi ut docuit musa verenda senis.
 Quæ tibi adest volucris? Cornix fidissimus oscen,
 Est bene cum nequeat dicere: dicit, Erit.
 Qui comites? Bonus euentus, præcepseq; Cupido,
 Qui præeunt? Vigilum somnia vana vocant.
 Quæ tibi iuncta astat? Scelerū Rhamnusia vindex,
 Scilicet ut speres nil nisi quod liceat.



In dies meliora.



*Rostra nouo mili setigeri suis obtulit anno,
 Hacq; cliens ventri xenia(dixit) habe.
 Progreditur semper,nec retro respicit vnquam,
 Gramina cum pando proruit ore vorax.
 Cura viris eadem est,ne spes subl. ipsa retrorsum
 Cedat: & vt melius sit,quod & ulterius.*

Illicitum non sperandum.



*Spes simul, & Nemesis nostris altarisbus adfunt,
Scilicet ut spores non nisi quod liceat.*



PUDICITIA.



*Porphirio domini si incestet in ædibus uxori,
Despondetq; animum, præq; dolore perit.
Abdita in arcanis naturæ est causa, sit index
Syncera hæc volucris certa pudicitia.*



VITIA.

PERFIDIA.

In victoriam dolo partam.



Aiacis tumulum lachrymis ego perluo virtus.

Heu misera albentes dilacerata comas.

Scilicet hoc restabat adhuc, ut indice Craco

Vinceret: & causa stet potiore dolus.



In fraudulentos.



*Par ualacerta, atris stellatus corpora guttis
 Stellio, qui latèbras, & cana busta colit,
 Inuidia, prauiq, doli fert symbola pictus.
 Hen nimium nuribus cognita zelotypis.
 Nam turpi obiegitur faciem lentigine quisquis,
 Sit quibus immersus Stellio, vina bibat.
 Hinc vindicta frequens decepta pellice vino,
 Quam formæ amissio flore relinquit amans.*

Dolus in suos.



*Altis allector anas, & cœrula pennis
 Adsueta ad dominos ire redire suos.
 Congeneres cernens volitare per aëra turmas
 Garrit: in illarum se recipitq; gregem,
 Prætens aincautas donec sub retia ducat,
 Obstrepitant captæ, conscia at ipsa filet.
 Perfida cognato se sanguine polluit ales,
 Officioſa alijs, exitioſa suis.*



Maledicentia.



*Archilochi tumulo insculptus de marmore vespas
Esse ferunt, lingua certa sigilla male.*



In receptatores sicariorum.



Latronum furumq; manus tibi Scæua per urbem
 It comes: & diris cincta cohors gladij.
 Atque ita te mentis generosum prodige censes,
 Quod tu a compluris allicit olla malos.
 En nouus Actæon, qui prostquam cornua sumpfit,
 In prædam canibus se dedit ipse suis.

In adulatores.




Semper biat, semper tenuem qua vescitur auram,
Reciprocat Chamaleon,

Et mutat faciem, varios sumitq; colores,
Præter rubrum, vel candidum.


Sic & Adulator populari vescitur aura.
Hiansq; cuncta deuorat.

Et solùm mores imitatur principis atros.
Albi, & pudici nescius.

Ei qui semel sua prodegerit,
aliena credi non
oportere.



*Colchidos in gremio nidum quid congeris? eheu
Nescia cur pullos tam malè credis quis?
Dira parens Medæa suos saevisima natos
Perdidit, & speras parcas ut illa tuis?*



STVLTITIA.

Temeritas.



*In p̄ceps rapitur, fruſtra quoque t̄edit habens
 Auriga: eſſrāni quem v̄chit oris equus.
 Haud facile huic credas, r̄atio quē nulla gubernat,
 Et temerē proprio ducitur arbitrio.*

Furor,& rabies.



*Ora gerit clypeus rabioſi picta leonis,
Et ſcriptū in ſummo marginē carmen habet:
Hic hominum eſt terror, cuius poſſeſſor Atrida
Talia magnanimitus ſigna Agamemno tulit.*

In temerarios.



*A spicis aurigam currus Phaetonta paterni
 Igniuomos ausum flectere Solis equos.
 Maxima qui postquam terris incendia sparxit:
 Est temere in seculo lapsus ab axe miser.
 Sic plerique rotis Fortuna ad sydera Reges
 Euecti: ambitio quos iuuenilis agit.
 Post magnam humani generis clademque suamq,
 Cunctorum pœnas denique dant scelerum.*

In eos qui supra vires quic-
quam audent.



Dum dormit, dulci recreat dum corpora somno,
Sub picca, & clauam ceteraque arma tenet,
Alciden, Pygmaea manus prosternere letho
Posse putat: vires non bene docta suas.
Excitus ipse, velut pulices, sic proterit hostem,
Et saui implicitum pelle leonis agit.

Impossible.



*Abluis Aethiopem, quid frustra? ab definie. noctis
Illustrare nigræ nemo potest tenèbras.*

Cuculi.



*Ruricolas, agreste genus, plerique cuculos
 Cur vocitent, quemadmodum proda causa fuit?
 Vere nouo cantat Coccox, quo tempore vites,
 Qui non absoluit, iure notatur iners.
 Fert ouain nidos alienos, qualiter ille
 Cui thalamum prodit vxor adulterio?*

Vespertilio.



*A*ssumpisse suum volucri ex Meneide nomen,
Socraticum autores Chærephoonta ferunt.
Fusca viro facies, & stridens vocula, tali
Hunc hominem potuit commaculare nota.






Aliud.



Vespera quæ tantum volitat, quæ lumine lusca est,
 Quæ cùm alas gestet, cætera muris habet,
 Ad res diuersas trahitur. mala novina primum.
 Signat: quæ latitant iudiciumq; timent.
 Inde & philosophos, qui dum cœlestia querunt,
 Caligant oculis, falsaq; sola vident.
 Tandem & versutos, cùm clam sectentur virumq;
 Acquirunt neutra qui sibi parte fidem.



Ira.



*Alcaram' veteres caudam dixere Leonis,
 Qua stimulante iras concipit ille graues.
 Lutea cum surgit bilis, crudescit & atro
 Felle dolor, furias excitat indomitas.*

5

In eum qui sibi ipsi damnum
apparat.



*Capra lupum non sponte, meo nunc ubere lacto,
Quod male pastoris prouida cura iubet.
Creuerit ille simul, mea me post ubera pascet.
Improbitas nullo flectitur obsequio.*

Fatuitas.



*Miraris nostro quod carmine diceris Otus,
 Sit vetus à proavis cum tibi nomen Otho.
 Aurita est, similes, & habet ceu noctua plumas,
 Saltantemq; aucepit mancipat aptus auem.
 Hinc fatuus, captu & faciles, nos dicimus otos,
 Hoc tibi conueniens tu quoque nomen habe.*

Obliuio paupertatis parens.



Cum lupus esuriens mandit cervarius escam,
Præq; fame captum deuorat hinnuleum,
Respiciat si forte aliò, vel lumina vertat,
Præsentem oblitus quem tenet vnoque cibum,
Queritat incertam(tanta est obliuio) prædam.
Qui sua neglexit stulè, aliena petit.

S V P E R B I A.

Superbia.



En statua statua, & ductū de marmore marmor,
Se conferre deis ausa procax Niobe.
Est vitium muliebre superbia, & arquit oris
Duritatem, ac sensus, qualis inest lapidi.



Impudentia.



*Pube tenuis mulier succincta latrantibus infra
 Monstrorum catulis, Scylla biformis erat.
 Monstra putantur auarities, audacia, y aptus.
 At Scylla est nullus cui sit in ore pudor.*



C L A X T I C .



Quid nimium tua forma tibi Narcisse placebas,
 In florem, & noti est versa stuporis olus.
 Ingenij est marcor, cladesq; Philantia: doctos
 Quae pessum plures datq; deditq; viros:
 Qui veteru abiecta methodo, noua doomata q̄rūt,
 Nilq; suas præter tradere phantasias.

Garrulitas.



*Quid matutiuos. Progne mihi garrula somnos
Rumpis? & obstrepero Daulias ore canis?
Dignus Epops Terens, qui maluit ense putare,
Quam linguam immodicam stripius cruxere.*

INVIDIA.



*Squallida vipereas manducans scemina carnes,
 Cuiq; dolent oculi, quaq; suum cor edit,
 Quam macies, & pallor habent, spinosaq; gestat
 Tela manus. Talis pingitur inuidia.*



LUXURIA.

Luxuria.



*Eruca capipes redimitus tempora Fanus
Immodicæ Veneris Symbola certa refert.
Est eruca salax, iudexque libidinis hircus,
Et satyri nymphas semper amare solent.*



Luxuriosorum opes.



Rupibus aëreis, summiq[ue] crepidine saxi
 Immites fructus ficus acerba parit,
 Quos corui comedunt, quos deuorat improba cornix,
 Qui nihil humanae commoditatis habent.
 Sic fatuorum opibus parasi, & scorta fruuntur:
 Et nulla iustos vtilitate iuvant.


Tumulus meretricis.

Διαλογίσκως.



Quis tumulus? Cuius urna? Ephyræ est Iaidos.
ab, non

Erubuit tantum perdere Parca decus?
Nulla fuit tum forma illam iam carpserat etas,
Iam speculum Veneri cauta dicarat anus.
Quid sculptus fibi vult aries, quem parte leæna
Vnguis apprehensum posteriore teneat?
Non aliter captos quod ipsa tenet amantes,
Vir gregis est aries, clunc tenetur amans.



In amatores meretricum.



*Villoſa indutus pifator tegmina capra,
Addidit ut capiti cornua bina ſuo,
Fallit amatorem ſtans ſummo in littore Sargum:
In laqueos ſimi quem gregis ardor agit.
Capra refert ſcortum, ſimilis fit Sargus amanti,
Quinufer obſceno captus amore perit.*

Cauendum à meretricibus.



*Sole satæ Circes tam magna potentia fertur,
Verterit ut multos in noua monstra viros.
Testis equum domitor Picus, tum Scyllabiformis,
Atque Ithaci postquam vina bibere fues.
Indicat illustri meretricem nemine Circe,
Et rationem animi perdere quisquis amat.*




Amuletum Veneris.



*Inguina dente fero fuffossum Cypris Adonin
 Lactucæ folijs condidit exanimem.
 Hinc genitali aruo tanum lactucæ refittit,
 Quantum eruca salax vix stimulare potest.*

Inuiolabiles telo Cupidinis.



Ne dirus te vincat amor, ncu fœmina mentem
 Diripiatur magicis artibus vlla tuam:
 Bacchica anis præsto tibi motacilla paretur,
 Quam quadriradiam circuli in orbe loçes;
 Ore crucem & cauda, & geminis ut cōplicer alis,
 Tale amuletum carminis omnis erit.
 Dicitur hoc Veneris signo Pagas eus Iason
 Phasiacus ladi non potuisse dolis.

Lasciuia.

PROBLEMA.



*Delicias, & molliciem mus creditur albus
 Arguere, at ratio non sat aperta mihi est.
 An quod ei natura salax, & multa libido est?
 Ornat Romanis an quia pelle nurus?
 Sarmaticum murem vocant plerique Zibellum,
 Et celebris suavi est vnguine muscus Arabs.*

DESIDIA.

Desidia.



Desidet in medio Eſſæus, ſpeculator & aſtra,
Subiit & accenſam contegit igne facem.
Segnities ſpecie recti, ve lata cuculo,
Non ſe, non alios uitilitate iuuat.




Desidiam abijciendam.



*Quisquis iners abeat. Nam in chœnice figere sedē,
Nos prohibent Sāmīj dogmata sancta senis.
Surge igitur, duroq; manus adsueſce labori,
Det tibi dimensōs crāstina ut hora cibos.*

In facile à virtute desci-
scentes.



*Parua velut limax spreto Remora impete venti,
Remorumq; ratem sifere sola potest.
Sic quosdam ingenio, & virtute ad sidera vectos,
Detinet in medio tramite, causa leuis:
Anxialis veluti est: vel quimeretrixius ardor
Egregijs iuuenes seuocat à studijs.*

Ignauï.



Ignauï ardevolam stellarum effingere serui
 Et studia, & mores fabula prisca fuit.
 Quæ famulū Asteriæ volucris sumpsisse figurā:
 Est commenta fidet fit penes historicos.
 Degener hic veluti quicæuet in aëre falco est,
 Dictus ab antiquis vatibus ardelio.

AVARITIA.

Auaritia.



*Heu miser in medijs sitiens stat. Tantulus vndis,
Et poma esuriens proxima, habere nequit.
Nomine mutato de te id dicetur auare,
Qui, quasi non habeas, non frueris quod habes.*




In auaros.



*Septuaginta populos inter dirissimus omnes,
 Arua senex nullus quo magis ampla tenet.
 Defraudans geniumq; suum, mensasq; paratas,
 Nil præter betas, duraque rapa vorat.
 Cui similem dicā hunc, inopem quem copia reddit?
 An ne asinus? Sic est: instar hic eius habet.
 Nanque asinus dorso pretiosa opsonia gestat:
 Seque rubo, aut dura carice pauper alit.*

In aulicos.



*Vana Palatinos quos educat aula clientes,
Dicuntur auratis necesse compedibus.*



In sordidos.



*Qua rostro(clystere velut) sibi proliuit aluum
Ibis, Nilaicis cognita litoribus,
Tr.ansfuge opprobrij in nomen: quo Publius hostem
Naso suum appellat, Battiadésque suum.*

In diuites publico malo.



*Anguillas quisquis captat, si limpida verrat
 Flumina, si illimes ausit adire lacus,
 Cässus erit: lu detq; operam: multum excitet ergo
 Sicretæ, & vitreas palnulaturbet aquas:
 Dives erit. Sic ijs res publica turbida lucro est,
 Qui pace, arctati legibus, csurunt.*

In auaros, vel quibus melior
conditio ab extraneis
offertur.



*Delphini insidens vada cœrula fulcat Arion,
Hocq; aures mulcet, frenat & ora sono.
Quām sit auari hominis, nō tā mēs dira ferarū est:
Quiq; viris rapimur, piscibus eripimur.*

G V L A.



*Circulione gruis tumida vir pingitur aluo,
 Qui Laron, aut manibus gestat Onocrotalum..
 Talis forma fuit Dionysi, & talis Apici,
 Et gula quos celebres deliciosa facit.*

Ocni effigies. De his qui meretribus donant, quod in bonos
vſus veri debeat.




Impiger haud cessat funem cont. xere ſparto,
Humidaq; artifici iungere filia manu.
Sed quantum multiis vix torquet strenuus horis,
Pro inus ignauit ventris if:lla vorat.
Femininers animal facilicongesta marito
Lucra rapit, mundum prodigit inq; ſuum.

In parasitos.



Quos tibi donamus, fluviales accipe cancros,
 Munera conueniunt moribus ista tuis.
 His oculi vigiles, & forfice plurimus ordo
 Chelarum armatus, maximaq; alius adeat.
 Sic tibi propensus stat pingui abdomen venter,
 Pernicesq; pedes, spiculaq; apta pedi.
 Cum vagus in triujs, mensaq; sedilibus erras,
 Inq; alios mordax scommata falsa iacis.



aner

Paruam culinam, duobus
ganeonibus non
sufficere.



*In modicis nihil est quod quis lucretur: & vnum
Arbustum geminos non alit Erythacos.*

A L I V D.

*In tenui spes nulla lucri est: unoq; residunt
Arbusto geminae non bene Ficedula.*

Captiuus ob gulam.



Regnatorq; penus, mensaq; arrosor herilis
 Ostreamus summis vidit hunc. et labris.
 Quis uenerā apponēs barbā fida usq; i momordit,
 Ast ea clausérunt tact. ire pentē domum.
 Deprēsum & tetro i tenuérunt carcere surēm,
 Semet in obscurum qui dederat tumulum.

In garrulum & gulosum.



*Voce boat torua, pralargo est gutture, rostrum
 Instar habet nasi multisorisq; tubae.
 Deformem rabulam, addictum veniriq; eulaq;
 Signabit, volucer cum truo pictus erit.*





Moris vetusti est, aliqui professoribus
Super adiici cognomina.
Faciles apertosq; explicans tantum locos,
Canon vocatur Curtius.
Reuoluitur qui eodem, & iter atq; nimis
Meander, ut Parissius.

Obscurus & confusus, ut Picus fuit,
 Labyrinthus appellabitur.
 Nimis breuis, multa amputans, ut Claudius,
 Mucronis agnomen feret.
 Qui vel columnas voce rumpit, Parpalus,
 Dictus truo est scholasticis.
 Contra est vocatus, tenuis esset Albius
 Quod voce, vespertilio.
 At ultimas mutilans colobotes syllabas.
 Hirundo Crassus dicitur.
 Qui surdus alijs, solus ipse vuli loqui.
 Ut sturnus in proverbio est.
 Hic blesus, ille raucus, iste garriens.
 Hic sibilat cœu vipera.
 Tumultuatur ille rectu & naribus.
 Huic lingua terebellam facit.
 Singultus alijs, atque tuſſit haſſuans.
 Consputit alijs ut pſecas.
 Quām multa rebus pſitia in humanis agunt,
 Tam multa ſurgunt nomina.

N A T V R A.

Vis naturæ.



Panacolūt gentes, (naturam hoc dicererum est)
 Semicaprumq; hominem, semiuirumq; Deum.
 Est vir pube tenus, quod nobis insita virius
 Corde oriens, celjsa verticis arce sedet.
 Hinc caper est, quia nos natura in secula propagat
 Concubitu: ut volucres, s; quamea, bruta, feras.
 Quod commune alijs animantibus, est caper index
 Luxuriae, l'eneris signaq; aperta gerit.
 Cordi alijs sophian, alijs iribuerere cerebro.
 Inferiora modus, nec ratio vlla tenet.

Ars Naturam adiuuans.



*Vi sphæra, Fortuna, cubo sic insidet Hermes:
 Ariibus hic, varijs casibus illa præst.
 Aduersus vim Fortunæ est ars facta: sed artis
 Cùm fortuna mala est, sàpe requirit opem.
 Disce bonas artes igitur studiosa iuuentus,
 Quæ certæ secundum commoda fortis habent.*


In iuentam.



Natus uterque Iouis, tener atque imberbis viserq,
 Quem Latona tulit, quem tulit & Semele,
 Saluete, æterna simul & florete iuuenta,
 Nunnine si vestro quæ diuturna mibi.
 Tu vino curas, tu victu dilue morbos,
 Vi lento accedat sera senecta pede.



In quatuor tempora anni.



*Aduenisse hyenem fringilla renuntiat ales.
Ad nos vere nouo garrula hirundo redit.
Indicat aestatem sese expectare cuculus.
Autumno est tantum cernere ficedulas.*

ASTROLOGIA.

Scyphus Nestoris.



Nestor cum geminis cratera hunc accipe fundis,
Quod gratus argenti mala profudit opus.
Claniculi ex auro: stant circum quatuor ansae:
Vnam quanque super fulva columba sedet.

Solus eum potuit longæus tollere Nestor.
Meonida doceas quid sibimus a velit?
Est cœlum scyphus ipse: color argenteus illi est:
Aurea sunt cœli sidera clauiculi.
Pleiadas esse putant, quas dixerit ille columbas.
Vmblici gemini, magna minorq; sera est.
Hæc Nestor longo sapiens intelligit usq;
Bella gerunt sortes, callidus astra tenet.



Quæ supra nos, nihil ad nos.



Caucasi a eternum pendens in rupe Prometheus
Diripitur sacri præpetis vngue iecur.
Et noller fecisse hominem:figulosq; perosus
Accensam raptō damat ab igne facem.
Rodun:ur vtrūs prudentum pectora curis,
Qui cœli affectant scire, deūmque vices.

In Astrologos.



Te are per superos qui raptus & aera, donec
 In mare præcipitem caro aliquata daret,
 Nunc te caro eadem, feruensq; exuscitat ignis;
 Exemplo ut doceas dogmat a certa tuo.
 Astrologus caueat quicquam prediceret, præcepis
 Nam eadem impostor, dum super astra volat.

Qui alta contemplantur
cadere.



Dum turdos visco, pedica dum fallit alaudas,
Et iacta altinolam figit harundo gruem,
Dipsada non prudens auceps pede perculit: ultrix
Illi mali, emissum virus ab ore iacit.
Sic obit, extento qui sydera respicit arcu,
Securus fati, quod iacet ante pedes.

AMOR.

Potentissimus affectus amor.



*A spice ut invictus vices aurigae leonis,
 Expressus gemma pugio vincat amor:
 Utq[ue] manu hac scuticā tenet, hac ut flebit habenas.
 Utq[ue] est in pueri plurius ore decor.
 Dira lues procul esto: feram qui vincere talem
 Est potis, à nobis temperet ánnē manus?*

Potentia amoris.



*Nudus Amor viden' ut ridet, placid' inq, tuetur?
Nec faculas, nec quæ cornua flectat, habet.
Altera sed manuum flores gerit, altera piscem,
Scilicet ut terra iura det, atque mari.*

Vis amoris.



*Aligerum fulmen fregit Deus aliger igne
Dum demonstrat uti est fortior ignis amor.*



In studiosum captum
Amore.



Imversus studijs, dicundo & iure peritus,
Et maximus libellio,
Helianir an amat, quantum nec Thracius vngua
Princeps sororis pellicem.
Pallada cur alio super affi iudice Cypri?
Num sat sub Ida est vincere?



Αντέρως, id amor virtutis.

Διαλογίσκως.



Dic ubi sunt incurui arcus? ubi tela Cupido?

Mollia quæcum iuuenum figere corda soles?

Fax ubi irristis? ubi pennæ? tres unde corollas?

Fert manus? unde aliam tempora cincta gerunt?

Haud mihi vulgari est, (hos) pes cū Cypride quæcumq;

Vlla voluptatis nos neque formatulit,

Sed puris hominum succendo mentibus ignes

Disciplina: animos astrag, ad alta trabo.

Quattuor eq; ipsa rexo virtute corollas,

Quarum quæ Sophiae est, tempora prima regit.

*Avt̄ēp̄os, Amor virtutis, alium
Cupidinem superans.*



*A ligerum, a ligeroq; inimicum pinxit Amori,
Arcu arcu, atq; ignes igne domans Nemesis.
Vt quæ dijs fecit patiatur. at hic puer olim
Intrepidus gest ans tela, miser lachrymat.
Ter spuit, inq; sinus imos(res mira) crematur
Igne ignis, furias odit Amoris Amor.*

Dulcia quandoque amara
fieri.



Matre procul licita, paulum secesserat infans
Lydius: hunc diræ sed rapuistis apes.
Venerat hic ad vot placidas ratus esse volucres,
Cùm nec ita inmitis viperæ fæua foret.
Quæ datis ab, dulci stimulus promunere mellis:
Prob dolor, Heu sine te gratia nulla datur.

Ferè simile ex Théocrito.



*A lueolis dum mella legit: percussit Amorem
 Furacem mala apes, & summis spicula liquit
 In digitis: tumido gemit at puer anxius vngue.
 Et quatit errabundus humum; Veneriq[ue], dolorem
 Indicat, & graviter queritur, quod apicula paru[m]
 Ipsa inferre animal tam noxia vulnera possit.
 Cui ridens Venus, Hanc imitaris tu quoque dixit
 Nate feram: qui das tot noxia vulnera p[ro]nuis.*

In statuam Amoris.



Quis sit amor, plures olim cecinere Poëta,
 Eius qui vario nomine gesta ferunt.
 Conuenit hoc, q̄ veste caret, quod corpore parvus.
 Tela, alasq; ferens, lumen nullatenet.
 Hac ora, hic habitusq; Dei est. Sed dicere tantos
 Silicet in ratus, falsa subesse reor.
 Ecce nudus agat? diu quasi pallia defint,
 Qui cunctas domiti possidet orbis opes.

Aut qui quæsoniues boreamq; euadere nudus,
 Alpinum potuit, strictaç; prata gelu?
 Si puer est, puerumne vocas qui Nestora vincit?
 An nosti Aescraicarmina docta senis?
 Inconstans puer, hic obdurans: pectora quæ iam
 Trans adijt, nunquam linquere sponte potest.
 At pharetras & tela gerit, quid inutile pondus?
 An curuare infans cornua dura valer?
 Alas curue tenet, quas nescit in æthera ferre?
 Inscius in volucrum flectere tela iecur.
 Serpit humi, semperq; virûm mortalia corda
 Lædit: & haud alas saxeus inde mouet.
 Sic cæcus, vittanq; gerit, quid tænia cæco
 Vtilis est? ideo num minus ille videt?
 Quisue sagittiferum credat, qui lumine captus?
 Hic certa, ast cæci spicula vana mouet.
 Igneus est aiunt, versatq; in pectore flamas.
 Cur age viuit adhuc? omnia flamma vorat.
 Quinetiam tunidis cur non extinguitur vndis,
 Naiadum quoties mollia corda subit?
 At tu ne tantis capiare erroribus audi,
 Verus quid sit Amor carmina nostra ferent.
 Iucundus labor est, lasciuia per ocia signum
 Illiis est, nigro punica glans clypeo.

In obliuionem patriæ.




Iam dudum missa patria, oblitusq; tuorum,
 Quos tibi seu sanguis, siue paruit amor,
 Romam habitas: nec cura domū subit vlla reuerti.
 Aeterna tantum te capit urbis bonos.
 Sic Ithacum præmissa manus dulcedine Loti
 Liquerat & patriam, liquerat atque ducem.




Sirenes.



*Absque alis volucres, & cruribus absque puellas,
 Rostro absq; & pisces, qui tamen ore canant:
 Quis putet esse ullos? iungi hæc natura negavit
 Sirenes fieri sed potuisse docent.
 Illicitum est mulier, quæ in piscem definit atrum,
 Plurima quod secum monstralibido vehit.
 A spectu, verbis, animi candore, trahuntur,
 Parthenope, Ligia, Leucosiaq; viri.
 Has musæ explumant, has atque illudit Vlysses.
 Scilicet est doctis cum meretrice nihil.*






Senex puellam amans.



Dum Sophocles (quamuis affecta etate) puellam
A quasi Archipen ad sua vota trahit,
A llicit & pretio, tulit a grè insana iuuentus
*O*b zelum, & tali carmine utrumque notat.
*N*octua ut in tumulis, super vix cadavera bubo,
*T*alis apud Sophoclem nostra puella sedet.





In colores.



*Index mœstitia est pullus color: utimur omnes
Hoc habitu, tumulis cùm damus inferias.
At sinceri animi, & mentis stola candida pura.
Hinc syndon sacris linea grata viris.
Nos sperare docet viridis. Spes dicitur esse.
In viridi, quoties irrita rētro cadit.*

Est cupidis flauus color, est & amantibus aptu,
 Et scortis, & quæs spes sua certa fuit.
 A truber armatos equites exornet amictus,
 Indicet & pueros erubuisse pudor.
 Ceruleus nautas, & qui cœlestia vates
 Atoniti nimia religione petunt.
 Vilia sunt giluis naturaq; vellera birris:
 Qualia lignipedes stragula habere solent.
 Quem curæ ingentes cruciant, vel zelus amoris
 Creditur hic fulu: non male veste tegi.
 Quisquis sorte sua contentus, ianthina gestet,
 Fortuna aquanimitædia quiq; ferat.
 Ut varia est natura coloribus in gionendis,
 Sie alijs aliud: sed suacuique placent.





FORTVNA.

Virtuti, Fortuna comes.



*Angubibus implicitis, geminis caduceus alis:
Inter Amalthea cornu a rectus adest.
Pollentes sic mente viros, fandiq; peritos
Indicat, ut rerum copia multa beet.*



Fortuna, Virtutem superans.



*Cesareo postquam superatus milite, vidit
 Ciuii vndantem sanguine Pharsiliam:
 Iamiam stricturus moribunda in pectora ferrum,
 Audaci hos Brutus protulit ore sonos.
 Infelix Virtus & solis pronida verbis,
 Fortunam in rebus cur sequeris dominam?*

Paupertatem summis ingenij
obesse, ne prouehantur.



*Dextra tenet lapidem: manus altera sustinet alas.
Vt me pluma leuat: sic grane mergit onus.
Ingenio poteram superas volitare per arces,
Me nisi paupertas inuida deprimeret.*

In occasionem.

Διαλογισμῶς.



Lysippi hoc opus est, Sycion cui patria. Tu quis?
 Cuncta domans capti temporis articulus.
 Cur pinnis stas? usque rotor. Talaria planis
 Cur retines? Passim me lenti aura rapit.
 In dextra est tenuis dic unde nouacula? Acutum
 Omni acie hoc signum me magis esse docet.
 Cur in fröte coma? Occurrēs ut prēdar. At heus tu
 Dic cur pars calua est posterior capitis?
 Ne semel alipedem si quis permittat abire,
 Ne possum apprechenso postmodò crine capi.
 Tali opifex nos arte, tui causa, edidit hospes.
 Utq; omnes moneam: pergula aperta tenet.



In subitum terrorem.



*Effuso cernens fugientes agmine turmas,
Quis mea nunc iusflat cornua? Faunus ait.*



In illaudata laudantes.



*Ingenier Galatum semermi milite turmas,
 Spei p̄r̄ter trepidus fuderat Antiochus,
 Lucarum cūm saua boum vis, ira proboscis,
 Tum primum hostiles corripuisset equos.
 Ergo trophæa locans Elefantis imagine pinxit,
 Insuper & socijs occideramus ait,
 Bellua seruasset ni nos fædißima barrus.
 Vt superasse iuuat, sic superasse pudet.*

In momentaneam felicitatem.



*Aériam propter crenisse Cucurbita pinum
Dicitur: & grandi luxuriasse coma.
Cùm ramos complexa, ipsumq; egressa cacumen,
Se praestare alijs credidit arboribus.
Cui pinus: Nimium breuis est hæc gloria.nam te
Protinus adueniet quæ málè perdet hyems.*

Ex damno alterius, alterius
utilitas.



Dum sauis ruerent in mutua vulnera telis,
Vnque leæna ferox, dente timendus aper,
Accurrit vultur spectatum, & prandia captat.
Gloria victoris, præda futura sua est.



Bonis auspicijs incipiendum.



*A*uspicijs res cœpta malis, bene cedere nescit.

*F*eliciter sunt omne facta, iuvant.

*Q*uicquid rogis, mustella tibi si occurrat, omitte:

*S*igna mala hæc sortis bestia praua gerit.

Nil reliqui.



Scilicet hoc deerat, post tot mala denique nostris
 Locutæ ut raperent, quicquid inesset, agris.
 Vidimus innumeras Euro duce tendere turmas,
 Qualia non Atyla, castræne Xerxis erant.
 Haec fœnum, milium, sarracenia omnia consumpserunt,
 Spes & in angusto est, stant nisi vota super.

Malè parta, malè dilabuntur.



*Miluus edax, nimia quem naufragor serat cse,
Hei mihi mater ait viscera ab ore fluunt.
Illa autem: quid fles? cur haec tua viscera credas,
Qui r apto viuens sola aliena vomis?*

Semper presto esse infortunia.



Ludebant parili tres olim etate puellæ
Sortibus: ad Stygias quæ prior iret aquas.
Ast cui iactato male cesserat aleat alio,
Ridebat sortis cæca puella suæ.
Cum subito ista caput labente est mortua tecto,
Soluta & audacis debita fata ioci.
Rebus in aduersis mala fors non fallitur: ast in
Faustis, nec precibus, nec locus est manui.

Remedia in arduo, mala
in prono esse.



Aetheris postquam deiecit sedibus Aten
 Iuppiter: heu vexat quam mala noxa viros?
 Euolat hæc pedibus celer, & pernicibus aliis,
 Intactumq; nihil casibus esse sinit.
 Ergo Litæ, proles Iouis, hanc comitantur euntem,
 Sarturæ quicquid secerit illa mali.
 Sed quia segnipes, lusca, lassaq; senecta,
 Mil nisi post, longo tempore restituunt.

HONOR.

Ex arduis perpetuum no men.



*Crediderat platani r amis sua pionora passer,
 Et benc:ni saeuo visa dracone sorent.
 Glutijt hic pullos omnes, nisi eramq; parentem
 Saxeus, & tali dionus obire nece.
 Hac, nisi mentitur C alchas, monumental laboris
 Sunt longi, cuius fama perennis e:at.*



Ex literarum studijs immor-
talitatem acquiri.



*Neptuni tubicen, cuius pars ultima cetum,
Aequoreum facies indicat esse Deum:
Serpentis medio Trison comprehenditur orbe,
Qui caudam inserto mordicus ore tenet.
Fama viros animo insignes, praeclaraq; gesta
Prosequitur: toto mandat & orbe legi.*



Tumulus Ioannis Galeacij Vice-comitis, primi Ducis Mediol.



Pro tumulo pone Italiam, pone arma, Ducesq;
 Et mare, quod geminos mugii adusq; sinus.
 Adde his barbariem conantem irrūpere frustra,
 Et mercede emptas in fera bella manus.
 Anguiger est summo fistens in culmine, dicat:
 Quis paruis magnam me superimposuit?



Optimus ciuis.



Dum iustis patriā Thrasybulus vindicat armis,
 Dumq̄ similitates ponere quemque iubet,
 Concors ordo omnis magni instar muneris, illi
 Palladia fertum frondis habere dedit:
 Cinge comā Thrasybulū, geras hūc solus honorem,
 In magna nemo est emulus yrbe tibi.



Strenuorum immortale
nomen.



*Aeacidæ tumulum Rhætæo in littore cernis,
Quem plerunque pedes visitat alba Thetis.
Obtegitur semper viridi lapis hic amaranibo,
Quod nunquam herois sit moriturus bonos.
Hic Graecu murus.m igni nex Hectoris.Haud plus
Debet Maenidae,quam sibi Maenides.*



Nobiles & generosi.




*Aurea Cacropias neciebat fibula vestes:
Cui coniuncta tenax dente cicada fuit.
Calceus Arcadico suberat cui lunula ritu,
Gestatur patribus mulleu Romulidis:
Indigenas quod se adsererent: hæc signa tulerunt
Antiqua illustres nobilitate viri.*

Duodecim certamina Herculis.

Α' Μηγορικῶς.



*Roboris invicti superat facundia laudes:
 Dicta Sophistarum laqueosq; resolut inanes.
 Non furor, ut rabies virtute potentior illa est.
 Continuum ob cursum sapienti opulentia cedit.
 Spernit*



Spernit auaritiam, nec r apto aut fœnore gaudet.
 Vincit, fœmineos spoliat q̄, insignibus actus.
 Expurgat fordes, & cultum mentibus addit.
 Illicitos odit coitus, abigitq; nocentes.
 Barbaries, feritasq; dat impia denique pœnam.
 Vnius virtus collectos dissipat hostes.
 Inuehit in patriam externis bona plurima ab oris.
 Docta per ora virū volat, & non intcrit unquam.



In nothos.



*Herculeos spurij semper celebretis honores:
Nam vestri princeps ordinis ille fuit.
Nec prius esse deus potuit, quām sugeret infans
Iac, sibi quod fraudis nescia Iuno dabat.*

Imparitas.



Vt sublime volans tenuem secat aér a falco;
Vt pascuntur humi graculus, anser, anas:
Sic summū scandit super aethera Pindarus ingēs,
Sic scit humi tantum serpere Bacchilydes.

In desciscentes.



*Quid fine core vijos turpi maculaueris orsus,
In noxam q̄ tuum verteris officium,
Fecisti, quod capra, sui mulieraria lactis
Cūm ferit, & proprias calce profundit opes.*

Aemulatio impar.



*Altiusolam milius comitatur degener harpam,
 Et præde partem sape cadentis habet.
 Nullum prosequitur qui spretas sargus ab illo,
 Præteritasq; auditus deuorat ore dapes.
 Sic mecum Oenocrates agit: at deserta studentum
 Vtitur hoc lippo curia tanquam oculo.*

Albutij ad Alciatū, suadentis vt de
tumultibus Italicis se subducat:
& in Gallia profiteatur.



*Quæ dedit hos fructus arbor, cœlo aduenæ nostro,
Venit ab Eoo Persidis axe prius:
Translatu facta est melior: quæ noxia quondam
In patria: hic nobis dulcia poma gerit.
Fert folium lingue, fert poma simillima cordi,
Alciate hinc vitam degere disce tuam.
Tu procul à patria in pretio es maiore futurus:
Multum corde sapi, nec minus ore vales.*

PRINCEPS.

Princeps subditorum incolumentem procurans.



Titanij quoties conturbant aquora frates,
Tum miseros nautas anchora iacta iunat.
Hanc pius erga homines Delphin cōpletebitur: imis
Tutius ut poscit figier illa vadis.
Quām decet hæc memores gestare insignia Reges?
Anchora quod nautis se populo esse suo?

In Senatum boni principis.

DIALOGISMVS.



Effigies manibus truncæ ante altaria diuūm

Hic resident: quarum lumine capti a prior.

Signa Potestatis summae, sancti q[ui] Senatus

Thebanis fuerant ista reperit a viris.

Cur resident? Quia mēte graues: decet esse quieta

Iuridicos: animo nec variare leui.

Cur sine sunt manibus? Capiant ne xenianec se

Pollicitis flecti munerib[us] sue finant.

Cæcus at est princeps. quod solis auribus, absq[ue]

Affectu, constans iussa Senatus agit.

Quod non capit Christus,
rapit fiscus.



Exprimit humentes, quas iam made fecerat antē
Spongiolas, cupidi Principis arcta manus.
Prouehit ad summum furcs: quos dēinde coērcet,
V erat ut in fiscum quæ malè parta suum.

Opulentia tyranni paupertas
subiectorum.



*Humani quod splen est corporis, in populi re
Hoc Cæsar fiscum dixerat esse suum.
Splene austro, reliqui tabescunt corporis artus.
Fisco austro, arguitur ciuica pauperies.*

Consiliarij Principum,



*Heroum genitos, & magnum fertur Achillem
 In stabulis Chiron eruditisse suis.
 Semiscurum doctorem, & semiuirum centaurum,
 Aſſideat quisquis regibus, eſſe decet.
 Eſt ſera, dum violat ſocios, dum proterit hofteſ:
 Eſt q̄, homo, dum ſimulat ſe populo eſſe pium.*



Principis clementia.



*Vesperū quod nulla unquam Rex spicula figet:
 Quodq; alijs duplo corpore maior erit.
 Arguet imperium clemens, moderataq; regna,
 Sanctaq; iudicibus credita iura bonis.*


RESPUBLICA.

Salus publica.



*Phœbigena erectis Epidaurius infidet aris,
 Mitis, & immanni conditum angue Deus.
 Accurrunt agri, veniatq; salutifer orant:
 Annuit, utque ratas efficit ille preces.*

Respublica liberata.



Cæsar is exitio, cœn libertate recepta,
Hæc ducibus Brutis cœsa moneta fuit.
Enfisculi in primis, quæs pileus insuper adstat,
Qualem missa manu seruitia accipiunt.

V I T A.

In vitam humanam.



*Plus solito humana nunc de fle incommoda vita,
 Heraclite: scatet pluribus illa malis.
 Turrus (si quando alias) extolle cachinnum
 Democrite: illa magis ludicra facta fuit.
 Inter ea hac cernens meditor, qua denique tecum
 Fine fleam, aut tecum quomodo splene iocer.*

Aere quandoque salutem
redimendam.



*Et pedibus segnis, tumida & propendulus alio,
Hac tamen insidias effugit arte fiber.
Mordicus ipse sibi medicata virilia vellit,
Atque abicit, sese gnarus ob illa peti.
Huius ab exemplo disces non parcer e rebus,
Et vitam ut redimas, hostibus æra dare.*

M O R S.

Cum laruis non luctandum.



*Aeacida moriens percussu cuspidis Hector:,
 Qui toties hostis vicerat ante suos:
 Comprimere haud potuit vocē, insultantibus illis,
 Dum curru, & pedibus ne ētere vincla parat.
 Distrahite ut libitum est: sic casī luce leonis
 Conuellunt barbam vel timidi lepores.*

De Morte,& Amore.




Errabat socio Mors iuncta Cupidine secum
 Mors pharētras, paruus tela gerebat Amor.
 Diueriēre simul, simul vna & nocte cubārunt,
 Cæcus Amor, Mors hoc tempore cæca fuit.
 Alter enim alterius malè puida spicula sumpfit:
 Mors aurata, tenet ossea tela puer.
 Debuit inde senex qui nunc Acheronticus esse:
 Ecce amat, & capiti florea ferta parat.
 Ast ego mutato quia Amor me perculit arcu,
 Deficio: injiciunt & mibi fata manum.
 Parce puer, Mors signa tenens viētricia parce.
 Fac ego amem: subeat sac Acheronta senex.

In formosam fato præceptam.



*Cur puerū Mors ausa dolis es carpere Amorem?
Tela tua vt iaceret: dum propria esse putat.*




In mortem præproperam.



Qui teneras forma allexit, tor sitq; puellas,
 Pulchrior, & tota nobilis vrbe puer,
 Occidit ante diem, nulli mage flendus (Aresti)
 Quam tibi, cui casto iunctus amore fuit.
 Ergo illi tumulum tanti monumenta doloris
 Astraferis: & querulis vocibus astraferis.
 Me sine abis dilecte? neque amplius ibimus vna?
 Nec tecum in studijs ocia grata teres?
 Sed te terra reget, sed fati, Gorgonis ora,
 Delphinesq; trii signa dolenda dabunt.

Terminus.



*Quadratum infoditur firmissima tessera saxum
 Stat circata super pectore imago tenus,
 Et sese nulli profitetur cedere, talis
 Terminus est, homines qui scopus unus agit.
 Est immota dies, praesixaque tempora fatis,
 Deque ferunt primis ultima iudicium.*

Opulenti hæreditas.



Patroclum falsis rapiunt hinc Troës in armis,


Hinc socij, atque omnis turba Pelasgoa vetat.

Obtinet exuicias Hector, Græciq; cadauer.

Hæc fabella agitur, cùm vir opimus obit.

Maxima rixa oritur, tandem sed transigit hæres,

Et coruis aliquid, vulturij sç, finit.



AMICITIA.

Amicitia etiam post mortem
durans.



Arentem senio, nudam quoque frondibus vlmum,
Complexa est viridi vitis opaca coma.
Agnoscitq; rices natura: & grata parenti
Offici reddit mutua iura suo.
Exemploq; monet, tales nos quarere amicos,
Quos neque disiungat foedere summa dies.



Mutuum auxilium.



Loripedem sublatum humeris fert lumine captus:
Et sociū hæc oculis munera retribuit.
Quos caret alteruter concors sic præstat uterq;
Mutuat hic oculos, mutuat ille pedes.

Auxilium nunquam
deficiens.



Bina pericla vnis effugi sedulus armis,
Cum premerer^q solo, cum premerer^q salo.
Incolumem ex acie clypens me præstitit idem
Naufragum apprensus litora adusque tulit,

Gratiæ.



Tres Charites Veneri affistunt, dominamq; sequuntur,

Hincq; voluptates, atque alimenta parant.
Lætitiam Euphrōyne, speciosum Aglaia nitorem,

Suadela est Pithus, blandus & ore lepos.

Cur nudæ mentis quoniam candore venustas
Constat, & eximia simplicitate placet.

An quia nil referunt ingrati: atq; arcula inanis,
 Est charitum? qui dat munera, nudus eget.
 Additacur nuper pedibus talaria? bis dat
 Quicidat. minimi gratia tarda pretij est.
 Implicitis vlnis cur vertitur alter a? gratus
 Fœnerat. huic remanent vna abeunte due.
 Iuppiter ius genitor, cœli de semine diuas
 Omnibus acceptas edidit Eurynome.



HOSTILITAS.

In detractores.



*Audent flagriferi matula, stupidiq; magistri
 Bilem in me impuri pectoris euomere:
 Quid faciam? reddimne vices? sed nonne cicadam
 A la vna obstreperam corripuisse ferar?
 Quid prodest muscas operosis pellere fabris?
 Negligere est satius, perdere quod nequeas.*

Inanis impetus.



Lunarem noctu(vt speculum) canis inspicit orbem:
Seq, videns, altum credit inesse canem,
Et latrat: sed fruſtra agitur vox irrita ventis,
Et peragit cursus ſurda Diana ſuos.

Aliquid mali, propter vicinum
malum.
Γερμανοῖς.



Rapt ab torrens ollas, quarum una metallo,
Altera erat fiouli terrea facta manu.
Hanc igitur rogat illa: velit sibi proxima ferri:
Iuncta ut præcipes viraque fistat aquas.
Cui lutea, Haud nobis tua sunt commercia curæ;
Ne mihi proximitas hæc mala multa ferat:
Nam seu te nobis, seu nos tibi conferat undas:
Ipsa ego te fragilis sospite sola terar.

In eum qui truculentia suo-
rum perierit.

PROSOPAPEIA.



*Delphinem inuitum me in littora compulit aestus,
Exemplum infido quanta pericla mari.
Nam si nec proprijs Neptunus parcit alumnis,
Quis tutos homines nauibus esse putet?*

*Εχθρῶν ἀστώρων δῶρα, In dona
hostium.*



Bellorum cœpisse ferunt monumenta viciſſim
Scutiferum Aiacem, Hectoraq; Iliacum.
Balſe a Priamides, rigidū Thelamonius enſem,
Instrumenta ſuā cœpit vierque necis.
Enſis enim Aiacem cōfecit, at Hectora funētum
Traxere Aemonij ſingula nexa rotis.
Sic titulo obsequij, quæ mittunt hostibus hostes
Munera, venturi præſcia fata ferunt.

A minimis quoque timendum.



Bella gerit Scarabus, & hostem provocat vltro,
 Robore & inferior, consilio superat.
 Nam plumis aquilae claram se neq[ue] cognitus abdit,
 Hostilem ut nidum summa per astra petat.
 Ouaq[ue], confodiens, prohibet spem crescere prolis.
 Hocq[ue] modo illatum dedecus vltus abit.

Obnoxia infirmitas.



*Pisciculos orata rapit medio aquore sardas,
 Ni fugiant pavidæ, summa marisq; petant.
 Ast ibi sunt mergis fulicisq; voracibus esca.
 Eheu intuta manens vndeique debilitas.*

Vel post mortem formidolosi.



Cæteram mutescit, coriumq; silebit ouillum,

Si confecta lupi tympana pelle sonent.

Hanc mēbrana ouium sic exhorrescit, ut hostem,

Exanimis quanuis non ferat exanimem.

Sic cœte deicta Cischas, in tympana versus,

Bœmos potuit vincere pontifices.

VINDICTA.

Iusta vindicta.



Dum residet Cyclops finguisti in saucibus antri,
 Hæc secum teneras concinit inter ones.
 Pascite vos herbas; socijs ego pascar Achiuis,
 Postremumq; Vtin viscer a nostra ferent.
 Audijt hæc Itachus, Cyclopaq; lumine cassum
 Reddidit. En paenas ut suus author habet?

Iusta vltio.



*Raptabat volucres captum pede corunc in auras
 Scorpion, audaci præmia parta gula.
 Ast ille infuso sensim per membra veneno,
 Raptor em in Stygias compulit vltor aquas.
 O risures digna, alijs qui fata par abat,
 Ipse perit: proprijs succubuitq; dolis.*

Parem delinquentis, & suasoris
culpam esse.



*Præconem lituo perflantem clausica, victrix
Capitium in tetro carcere turbat enet.
Quæs illæ excusat: quod nec sit strenuus armis,
Vlli aut saeo læserit enselatus.
Huic illi: Quin ipse magis timidißime peccas,
Qui clangore alios eris in armatis.*



Alius peccat, alius plectitur.



*Arripit ut lapidem catulus, mors suq; fatigat,
Nec percussori mutua danna facit.
Sic plerique finunt veros elabier hosteis.
Et quos nulla gr.uat noxia, dente petunt.*

Insani gladius.



Setigeri mcdius stabat gregis ensifer Ajax,
 Cæde suum, credens cædere Tantalidas.
 Hostia sic tanquam suis succedit. ne a penas
 Pro Laertiade, pro caueaq; dabat.
 Nescit obesse suis furor hostibus, errat ab iectu,
 Consilijq; impos in sua damna ruit.

P A X.



Turrigeris humeris, dentis quoq; barrus eburni,
 Qui superare ferox Martia bella solet,
 Supposuit nunc colla ingo: stimulisq; subactus,
 Casareos currus ad pia templa vicit.
 Vel fera cognoscit concordes vndique gentes.
 Proiectusq; armis munia pacis obit.

Ex bello pax.



*En galea, intrepidus quam miles gesserat: q
 S apius hostili sparsa cruore fuit.
 Part a pace apibus tenuis concessit in vsum
 Alueoli: atque fauos grataq; mella gerit.
 Arma procul iaceant: fas sit tunc sumere be
 Quando aliter pacis non potes arte frui*



Ex pace vbertas.



*Grandibus ex spicis tenues contexe corollas,
Et circum alterno palmito vritis eat.
Hus o pte Halcionet træquilli in marmoris vnda
lificant, pullos innolucresq; fouent.
rit Cereri, Baccho quoque fertilis annus,
equoreci si rex alitis inst ar erit.*



Doctos doctis obloqui
nefas esse.



Quid rapis heu Progne vocalem sua Cicadam,
Pignoribusq; eius ferula dira paras?
Stridula stridentem, vernam verna, hospita ladiis
Hospitam, & aligeram pennigerales auem?
Ergo abice hanc prædam. nam musica pectora sum-
mum est
Alterum ab alterius dente perire nefas.



Eloquentia Fortitiae præ-
stantior.



*Arcum lata tenet: rigidam fert dextera clavam,
 Concepit & Nemeos corpora nuda leo.
 Herculis hæc igitur facies. non conuenit illud
 Quid vetus & senio tempora cana gerit.
 Quid quod lingua illi leuibus traiecta catenis,
 Quæs fissa facileis allicit aure viros?
 Anne, quid Alcidem lingua non robore Galli
 Præstantem, populis iura dedisse ferunt?
 Cedunt arma togæ, & quamvis durissima corda
 Eloquio pollens ad sua vota trahit.*



Facundia difficultis.



*Antidotum Aeca medicata in pocula Circes
 Mercurium hoc Ithaco fama dedisse fuit.
 Moly vocant, id vix radice euellitur atra,
 Purpureus: sed flos, lactis & instar habet.
 Eloquij candor facundiaq; allicit omnes:
 Sed multi res est tantum laboris opus.*

Antiquissima quæque
commentitia.

A P O L O G E S I S .




Pellenæ senex, cui forma est histrica, Proteus,
Qui modò membra viri fers, modò mēbra feri.
Dic age, quæ species ratio te vertit in omnes,
Nulla sit ut vario certa figura tibi?
Signa verustatis, primæui & præfero seclis:
De quo quisque suo somniat arbitrio.

Insignia Poëtarum.



Geniles clypeos sunt qui in Iouis alite gestant,
 Sunt quibus aut Serpens, aut Leo signa ferunt.
 Dira sed hæc Vatum fugiant animalia ceras,
 Doctaq; sustineat stemmata pulcher Olor.
 Hic Phœbo sacer, & nostra regionis alumnus:
 Rex, olim veteres seruat adhuc titulos.

Musicam Dijs curæ esse.



Locrensis posuit tibi Delphice Phœbe cicadam
 Eunomus hanc, palma signa decora sua,
 Cetabat plectro Sparthyn commissus in hostem,
 Et percussa sonum pollice fila dabant.
 Trata fides rauco cœpit cùm stridere bombo,
 Legitimum harmonies & vittarè melos,
 Tum Cithara argutans suavis sese intulit ales,
 Quæ fractam implaret voce cicada fidem.
 Quæq; allecta soni ad legem descendit ab aliis
 Saltibus, ut nobis garrula ferret openi.
 Ergo tuæ vt firmus & et honos ('o sancte) cicada,
 Pro cithara hic fidicen anens ipsa sedet.

Litera occidit, spiritus viuificat.



*Vipereos Cadmus dentes ut credidit aruis,
 Scuit & Aonio semina dira solo:
 Terrigenum clypeata cohors exorta virorum est,
 Hostili inter se qui cecidere manu.
 Euasere quibus monitu Tritonidos armis
 Abiectis data pax, dexiraq; iuncta fuit.
 Primus Agenorides elemata, notaq; magistris
 Tradidit, ijs suauem iunxit & harmoniam.
 Quorum discipulos contraria plurima vexant,
 Non nisi Palladia quæ dirimuntur ope.*

Dicta septem sapientum.



Hac habet septem Sapientum effingere dicta,
 Atque ea picturis qui celebrare velis.
 Optimus in rebus modus est (Cleobulus ut inquit,)
 Hoc trutina et examen, siue libella docet.
 Noscere se Chilon Spartanus quenque iubebat.
 Hoc specula in manibus, viresque sumpta dabunt.

Quod Periander ait, frāna adde Corinthius irā:
 Pulegium admotum naribus efficiet.
 Pittacus at ne quid (dixit) nimis hāc eadem aiunt,
 Contrācto qui gīth ore liquefaciunt.
 Respexisse Solon finem iubet. ultimus agris,
 Terminus, haud magno cesserit ipse Ioui.
 Heu quāni vera Bias, Est copia magna malorum:
 Musmoni insidēat effice Sardus eques.
 Ne prās esto (Thales dixit) sic illita visco
 In laqueos sociam parrā, neropsq; trahit.



IGNORANTIA.
Submouendam ignorantiam.
Διαλογισμός.



Quod mōstrū id? Sphinx est. Cur cādida virginis ore,
Et volucrum pennas, crura leonis habet?
Hanc faciem assumpit rerum ignorantia: tanti
Scilicet est triplex causa & origo mali.
Sunt quos ingeniu leue, sunt quos bland a voluptas,
Sunt & quos faciunt corda superba rudes.
At quibus est notum, quid Delphic a littera pōbit:
Pracipitis monst̄ri guttura dira secant.
Nāq, vir ip̄e, bipesq, tripesq, & quadrupes idē est,
Primaq, prudentis laurea, nosse virum.

Mentem, non formam plus
pollere.



*Ingressa vulpes in Choragi pergulam,
Fabrè expolitum inuenit humanum caput,
Sic eleganter fabricatum, ut spiritus
Solum deesset, ceteris viuisceret.
Id illa cum sumpsisset in manus, ait:
Hoc quale caput est, sed cerebrum non habet.*

Diues indoctus.




Tranat aquas residēs precioso in vellere Phrixus,
 Et flauam impavidus per mare scandit ouem.
 Ecquid id est? vir sensu hebeti, sed diuite gaza,
 Coniugis aut serui quem regit arbitrium.

MATRIMONIVM.

In fidem vxoriam.




Ecce puella, viro quæ dextra iungitur. Ecce
 Vt sedet: ut catulus lusit at ante pedes?
 Hæc fidei est species: Veneris quā si educat ardor,
 Malorum in lœua non male ramus erit.
 Poma etenim Veneris sunt, sic Schenēida vicit
 Hippomenes, petijit sic Galathea virum.



Reuerentiam in matrimonio
requiri.



Cum furit in Venerem: pelagi se in littore fistit
Vipera: & ab stomacho dira venena vomit.
Murænamq; ciens, ingentia sibila tollit,
At subitò amplexus appetit illa viri.
Maxima debetur thalano reuerentia, coniunx
Alternum debet coniugi & obsequium.



In fœcunditatem sibi ipfi
damnosam.



*Ludibrium pueris lapides iacentibus, hoc me
In triuio posuit rusticā cura nucem.
Quā laceris ramis per strīctōq; ardua libro,
Certatim fundis per latus omne petor.
Quid sterili posset contingere turpius? eheu,
In felix: fructus in mea damna fero.*

Amor filiorum.



*Ante diem vernam boreali cana palumbes
 Frigore nidificat, præcoqua & oua fouet:
 Mollius & pulli ut iaceant, sibi vellicat alas,
 Quæs nuda hyberno deficit ipsa gelu.
 Fcqd Colchi pudet, vel te Procne improba? morte
 Cùm volucris propria prolis amore subit?*

Pietas filiorum in parentes.



Per medios hosteis patriæ cūm ferret ab igne
 Aeneas humeris dulce parentis onus.
 Parcite (dicebat) vobis sene ad ore a rapto
 Nulla erit: erepro sed patre summa mibi.

Mulieris famam, non formam,
vulgatam esse oportere.

DIALOGISMVS.



*Alma Venus quenā hæc facies, quid denotat illa
Testudo, molli quam pede Diua premis?
Me sic effinxit Phidias, sexumq; referri
Fæmineum, nostraius sit ab effigie.
Quodq; manere domi, & tacitas decet esse puellas,
Supposuit pedibus talia signa meis.*

In pudoris statuam.




*Penelope de sponsa sequi cupiebat Ulyssem,
 Ni secum Icarius in allet habere pater.
 Ille Ithacam, hic offert Sparten. manet anxia Virgo.
 Hinc pater, inde viri mutuus urget amor.
 Ergo sedens velat vultus, obnubit ocellos.
 Ista verecundi signa pudoris erant.
 Quem sibi prälatum Icarus cognouit Ulyssem,
 Hocq; pudori aram schemate constituit.*

Nupta contagioso.



Dij meliora pijs (Mezenii) cur a^e sic me
Compellas? emptus quod tibi dote gener.
Gallic*a*, quem scabies dira & mentagra perurit:
Hoc est quidnam aliud (dic mihi saeul pater)
Corpora corporibus, quam iungere mortua viuis,
Efferaq^{ue} Etrusci facta nouare ducis?



ARBORES
Cupressus.

*Indicat effigies metæ, nomenq; Cupressi
Tractandos parili conditione suos.*

ALIVD.

*Funesta est arbor, procerum monumēta Cupressus,
Quale Apium plebis, comere fronde solet.*

ALIVD.

*Pulchra coma est, pulchro digestaq; ordine frōdes,
Sed fructus nullos hæc coma pulchra gerit.*

Quercus.



*Grata Ioui est quercus, qui nos seruatq; sunetq;,
Seruantii ciuem querna corona datur.*

A. L I V D.

*Glande aluit vetercs, sola nunc proficit umbra,
Sic quoque sic arbos officios a Iouis.*

Salix.




*Quod frugisperdem salicem vocat̄rit Homerus,
Clitorij homines moribus absimilat.*

Abies.



*Apta fretis abies in montibus editur altis:
Est & in aduersis maxima commoditas.*

Picea.



*At picea emittat nullos quod stirpe stolones:
Illiis est index, qui sine prole perit.*

Cotonea.



Poma nouis tribui debere Cydonia nuptis
Dicitur antiquus constituisse Solon.
Grata ori & stomacho cùm sint, ut & halitus illis
Sui suavis, blandus manet & ore lepos.

Hedera.



Haud quaquā arescēs hederæ est arbuscula, Cifso
Quæ puerō Bacchum dona dedisse ferunt:
Errabunda, procax, auratis fulua corymbis,
Exterius viridis, cætera pallor habebet.
Hinc aptis vates cingunt sua tempora fertis:
Pallescunt studijs, laus diuurna viret.



Ilex.



*Duritie nimia quod sese rumperet ilex,
Symbola ciuilis seditionis habet.*



Malus medica.



Aurea sunt Veneris poma hac: iucundus amaror
Indicat, est Græcis sic γλυκυτωίος amor.

Buxus.




Perpetuò viridis, crisoq; cacumine buxus,
Vnde est disparibus fistula fasta modis,
Delitys apra est teneris, & amantibus arbor.
Pallor inest illi, pallet & omnis amans.

Morus.



Serior at Morus nunquam nisi frigore lapsa
Germinat: & sapiens nomina falsa gerit.

Amygdalus.



*Cur properans folijs præmittis amygdale flores?
Odi pupillos præcociis ingenijs.*

Laurus.



*Præcia venturi laurus fert signa salutis.
Subdit a puluillo somnia vera facit.*

A L V D.

*Debetur Carolo superatis laurea Pœnis:
Victrices ornent talia ferta comas.*

Populus alba.

*Herculeos crines bicolor quod populus ornet,
Temporis alternat noxq; diesq; rices.*

INDEX EMBLEMATVM
IN LOCOS COMMUNES
DIGESTORVM.

<i>EMBL. DEDIC.</i>	Maturandum	26
Ad illustrissimum Maximiliani- num &c.	In deprehensum	27
Mediolanum	Custodiendas virgines	28
Nunquam procrastinandum	Vino Prudentiam augeri	29
<i>DEVS, SIVE RELIGIO.</i>	Prudentes vino abstinent	30
In Deo lætandum	In statuam Bacchi	31
Sapientia humana, stultitia est. apud Deum	Gramen	33
Ficta Religio	<i>IVSTITIA.</i>	
Non tibi, sed religioni.	Nec verbo, nec facto quæquam lædendum	34
Quà Di vocant, eundum	Tandem, tandem Iustitia obti- net	35
<i>VIRTUTES.</i>	Etiam ferocissimos domari	36
<i>FIDES.</i>	Gratiam referendam	37
Fidei Symbolum	Abstinentia	38
Fœdera	Bonis à diuitibus nihil timen- dum	39
Silentium	<i>FORITUDO.</i>	
Non vulganda consilia	Signa fortium	40
Nec quæstioni quidem ceden- dum	Ἄνθες καὶ ἀπέχεις	41
<i>PRUDENTIA.</i>	In adulari nescientes	42
Consilio, ac virtute Chimæram superari: id est, fortiores, & deceptores	Obdurâdu aduersus vrgētia	43
Vigilantia, & custodia	Omnia mea mecum porto	44
Ἀνθεῖς καὶ μετωπὶς ἀπέσθειψ ἄρθρα ταῦτα τῶν φρενῶν	<i>CONCORDIA.</i>	
ἢ πορεύειν; Τί δὲ ἔργα; Τί μηδεὶς δύνεται συνέσθημεν	Concordia Symbolum	45
Prudentes	Concordia	46
Prudēs, magis quam loquax;	Concordia insuperabilis	47
	Vnum nihil, duos plurimum posse	48
	Firmissima cōuelli nō posse	49
	<i>SPES.</i>	
	Spes proxima	50

In simulachrum Spei	51	L V V V R I A.	
In dies meliora	53	Luxuria	80
Illicitum non sperandum	54	Luxuriosorum opes	81
P V D I C I T I A.	55	Tumulus Meretricis	82
V I T I A.		In amatores Meretricum	83
P E R F I D I A.		Cauendum à Meretricibus	84
In Victoriam dolo partam	56	Aniuletum Veneris	85
In fraudulentos	57	Inuiolabiles telo Cupidinis	86
Dolus in suos	58	Lasciuia	87
Maledicentia	59	D E S I D I A.	
In receptatores sicariorum	60	Desidia	88
In adulatores	61	Desidiam abiendiā	89
Ei qui semel sua prodegerit, alie- na credi non oportere	62	In facile à Virtute descisen- tes	90
S T V L T I T I A.		Ignaii	91
Temeritas	63	A V A R I T I A.	
Furor, & rabies	64	Auaritia	92
In temerarios	65	In auaros	93
In eos qui supra vires qcquam audent	66	In Aulicos	94
Impossibile	67	In Sordidos	95
Cuculi	68	In diuites publico malo	96
Vespertilio	69	In auaros, Vel quib⁹ melior cō- ditio ab extraneis offertur	97
Aliud	70	G V I A.	
Ira	71	Gula	98
In eum, qui sibi ipsi damnum apparat	72	Ocni effigies	99
Fatuitas	73	In Parasitos	100
Obliuio paupertatis	74	Paruam culinā duobus ganeo- nibus non sufficere	101
S V P E R B I A.		Captiuus ob gulam	102
Superbia	75	In Garrulum, & Gulosum	103
Impudentia	76	Natura	104
Philautia	77	D O C T O R V M A-	
Garrulitas	78	G N O M I N A.	104
I N V I D I A.		Vis Naturæ	106
Inuidia	79	Ars Naturam adiuuat	107
		In Iuuentam	108

In quatuor tempora anni 109

A S T R O L O G I A.

Scyphus Neftoris 110

Quæ supra nos,nihil ad nos 112

In Astrologos 113

Qui alta cōtēplātur cadere 114

A M O R.

Potētissimus affectus Amor 115

Potentia amoris 116

Vis amoris. 117

In studiosum amore captū 118

Αντέρως. id est,amor virtutis 119

Αντέρως. Amor Virtutis alium

Cupidinem superans 120

Dulcia quādoq; amara fieri 121

Ferè simile,ex Theocrito 122

In statuam Amoris 123

In obliuionem patriæ 125

Sirenes 126

Senex puellam amans 127

Colores 128

F O R T U N A.

Virtuti Fottuna comes 130

Fortuna Virtutem superans 131

Paupertatem summis ingenij
obesse,ne prouehantur 132

In Occasionem 133

In subitum terrorem 134

In illaudata laudantes 135

In momentaneā felicitatem 136

Ex damno alterius vtilitas 137

Bonis auspicijs incipiēdum 138

Nil reliqui 139

Malē parta,malē dilabūtur 140

Sēper prēsto esse infortunia 141

Remedia in arduo,mala in pro-
no esse 142

H O N O R.

Ex arduis perpetuū nomen 143

Ex literarum studijs immorta-
litatem acquiri 144

Tumulus Ioannis Galeacij Vi-
cecomitis, Primi Ducis Me-
diolanensis 145

Optimus ciuis 146

Strenuorum immortale no-
men 147

Nobiles,ac generosi 148

Duodecim certamina Hercu-
lis 149

In nothos 151

Imparilitas 152

In desciscentes 153

Aemulatio impar 154

Albutij ad D. Alciatū suaden-
tis vt &c. 155

P R I N C E P S.

Princeps subditorum incolumi-
tatem procurans 156

In Senatum boni Principis 157

Quod non capit Christus,rapit
Fiscus 158

Opulentia tyranni paupertas
subiectorum 159

Consiliarij Principum 160

Principis clementia 161

R E S P V B L I C A.

Salus publica 162

Respublica liberata 163

V I T A.

In vitam humanam 164

Acre quandoque salutem redi-
mendam 165

M O R S.

Cum Laruis non luctādum	166.
De Morte, & Amore	167
In formosam fato ptæ reptā	168
In mortem præproperam	169
Terminus	170
Opulentī hæreditas	171

AMICITIA.

Amicitia etiam post mortem durans	172
Mutuum auxilium	173
Auxiliū nunquā deficiens	174
Gratiæ	175

HOSTILITIAS.

In detrātores	177
Inanis impetus	178
Aliquid mali, propter vicinum malum	179
In eum qui truculentia suorum perierit	180
Ex̄b̄ḡw̄p̄, ḡd̄w̄p̄e d̄w̄p̄. In dona hostium	181
Aminimis qu oque timēdū	182
Obnoxia infirmitas	183
Vel post mortem formido- loſi	184

VINDICTA.

Iusta vindicta	185
Iusta vltio	186
Parem delinquentis, & suaforis culpam esse	187
Alius peccat, alius plectitur	188
Insani gladius	189

PAX.

Pax	190
Ex bello pax	191
Ex Pace vbertas	192

SCIENTIA.

Doctos Doctis obloqui nefas esse	193
Eloquentia, fortitudine præstātior	194
Facundia difficultis	195
Antiquissima quæque cōmentitia	196
Insignia Poëtarum	197
Musicam Dijs curæ esse	198
Litera occidit : Spiritus viuificat	199
Dicta septem sapientum	200

IGNORANTIA.

Submouendā ignorantiam	202
Mentem, nō formam plus polle	203
Diues indoctus	204

MATERIAL MONIVM.

In fidem vxoriam	205
Reuerentiā in matrimonio requiri	206
In fœcunditatem sibi ipsi damnosam	207

Amor filiorum	208
Pietas filiorum in parentes	209
Mulieris famam, non formam vulgatam esse oportere	210

In pudoris statuam	211
Nuptam contagioso	213

ARBORES.

Cupressus	213
Aliud	ibidem
Aliud	ibidem
Quercus	214
Aliud	ibidem
Salix	215

<i>Abies</i>	216	<i>Buxus</i>	222
<i>Picea</i>	217	<i>Morus</i>	223
<i>Cotonea</i>	218	<i>Amygdalus</i>	224
<i>Hedera</i>	220	<i>Laurus</i>	225
<i>Ilex</i>	220	<i>Populus alba.</i>	226
<i>Malus medica</i>	221		

F I N I S.

Lugduni,
Excudebat Mathias Bonhomme.

